quiq libri & authores, Appetuntur vero & aman,
tur & sunt in precio, quaecunq à νεοφύτοις huius
seculi scriptoribus sparguntur: Aestimanturq
iam Libri non bonitate rerum, non authoritate,
non pietate, ac praestantia authorum, non te,
stimonijs praesentia DEI in ipsis authoribus,
sed plane numero, nouitate, absurditate dogmatum
ac certaminum, Quin à uehementia etiam cri,
minationum ac maledictorum, quibus ipsi au,
thores inter se digladiantur ac dimicant, Suntq
uel maxime in precio & dignitate, in ore populi
& potentum, non qui bonitate causae, aut ueritate
aut grauitate rerum, sed qui maledicendo excellere,
& antire aduersarijs putantur Ipsi deniq au,
thores ac scriptores νεόφυτοι & res plerunq mouent
& dogmata noua, inaudita, absurda periculosa,
quin blasphema etiam nonulla & iam olim grauissi,
mis Ecclesiae Orthodoxae iudicijs damnata atq ex,
plosa, de quibus ne quidem cogitarunt unquam serio
prius, quam ad scribendum & altercandum cum aduer,
sario accederent, quaeq nec didicerunt integre ex ueris
ac debitis fundamentis & fontibus, nec explicare sibi ipsis
aut aduersarijs possunt, Atq inde accidit ut perti,
nacissime à plerisq defendantur, quae imbutam